



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

75. Finis obsidionis. Numerus sanciorum & cæsorum, Cura Principis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)



lem exivit Senatum, patriam extulit Nobilitatem; Ordinem verò Civicum depressit, paucorum infaniâ, luctu plurimorum.

Hunc denique finem habuit octo mensium ac totidem dierum obsidio; in qua ex bis mille tormentorum ictibus quinque tantum prostrati. Nam equi novem, qui vel ita pariter rupti sunt, historiam non merentur, hominum duntaxat, non jumentorum fatis dicatam. Inter velitandum è primoribus tres, gregarij verò tum equites, tum pedites viginti cecidère. Et quanquam solito mitior ac nimboſa fuerit hyems, madensque inter lubrica passim æther, ea tamen fuit DEI benignitas & medentium cura, ut supra triginta non extinxerit valetudo. Cæteri suis clausi tuguriis firmare se noverant contra aeris injurias. Et ne quid deesset, supremam commeatûs curam Princeps habuit. Panis, cerevisia, avena, stramen quotidianæ necessitati abundè suppeditata. Viciniores pagi certo numero ligna advehebant coquinæ, fornacibus, clibanisque instruendis centuriatim distributa. Prædium *Zeldthauß* / quod *Osthoviorum* est, penuario destinatum. Ex eo Joannes *Wettendorffius* Camerae Secretarius, vir integer ac diligens, ceu annonæ Curator, demensum quotidie diribebat. Ita prohibitus miles, ne specie conquirendi alimenta Dicecesi molestus esset. Nec enim minùs sollicitè providit

75.

*Finis  
obsidio-  
nis.**Nume-  
rus san-  
ctorum  
& caso-  
rum.**Cura  
Princi-  
pis.*



1661.

Princeps, ut circumvallatione duplici. tam stipendiarios à pernicioso excursu, quam Civitatem aut hostem quemcunque ab aggressionem stativorum contineret. Sanè plures demirati sunt, qui Collectores exactorum per Diocesim, per Castra, per agrum viderunt palam asportare pecunias, nec unquam passos vel unius bestis jacturam.

76.  
*Observationes curiosa.*

Observatum est à curiosis, quâ tempestate *Leidanus*, *Knipperdollingus* & *Wolfransdorffis* fratres, Civitatem oppugnantes, Eorum nunc Abnepotes, hac in oblidione, pari quòque numero, avitarum fuisse virtutum æmulatores. E *Nageliorum* quidem gente *Theodorum Hermannum* Chiliarchum, Satrapam *Strombergæ*, ac *Martianum* equitatus Palatino-Neoburgici Præfectum. Ex *Wolfransdorffis* verò *Henricum Mauritium* Equitem Melitensem, *Cæsareanorum* Tribunum, ejusque Germanum *Henricum Reinerum* Eiusdem Legionis Instructorum, supremum vocant *Vigiliarum* Magistrum. Qui in hoc Monasteriensis theatro

*Laus militum.*

Principis causam, eodem Zelo æmulati, non raro generositatis suæ specimen probarunt. Sed & *Cæsareanus* Equitum Chiliarcha *Fabri*, quod in gloriam gentis *Leodiensis* hauriri debet, non pauca etiam suæ reliquæ virtutis monumenta.

Ad